

quacumque occasione dilapsa ad laudem et gloriam nominis dei nostris temporibus ad qualitatem prioris formae restaurentur. Quod non solum praesentis vitae solatium, sed etiam futurae retributionis fore credimus emolumentum. Quapropter universitati fidelium nostrorum praesentium ac futurorum patere volumus, qualiter Misnensis episcopus Eiko reclamatione facta nobis innotuit, eandem ecclesiam, cui ipse pastoralis cura attributus praesideret, iam peccatis exigentibus crebra hostium devastatione desolatam ac pene ad nihilum ita fuisse redactam, ut nomine tantum solo praeesset, reliqua autem de rebus territoriis appertinentia ita ab hostibus fuisse direpta, ut ordini ecclesiastico nec honor debitus aut utilitas aliqua diutius inde exhiberi potuisset. Quo audito ex debito condescensionis ingemuimus et pro his recuperandis aliquod supplementum conferre decrevimus. Ideo eidem praefatae ecclesiae sex villas nostrae proprietatis concedimus, quatuor in pago Dalaminci Glupp^{a)}, Difnouuocetla^{b)}, Zenizi^{c)}, Miratina cethla^{d)}, V^{iam} in pago Gudici nomine Golenciza cethla^{e)}, VI^{iam} in Niseni Brochotina cethla^{f)} cum mancipiis utriusque sexus, silvis, venationibus, aquis aquarumve decursibus, piscationibus, molendinis, pratis, pascuis, aedificiis, viis et inviis, exitibus et reditibus ac cum omnibus appertinentiis inquisitis seu inquirendis. Haec autem praedictae ecclesiae in proprium ea ratione tradidimus, ut episcopus Eiko eiusque successores eadem praedia ecclesiastico iure obtineant, et qualiter eis visum fuerit, in usus eiusdem ecclesiae vertendi liberam habeant facultatem. Et ut hoc nostrae concessionis donum per tempora futurae posteritatis stabile maneat et inconvulsum, hanc regalis praecepti paginam inde conscribi ac manu propria confirmantes sigillo nostro praecepimus insigniri.

Signum domini Heinrici regis invictissimi (L. M.) (L. S.)

Guntherus cancellarius vice Erchambaldi archicapellani recognovit.

Data XIII. Kal. Aug. indictione XI. anno dominicae incarnationis millesimo XIII., anno autem domini Heinrici feliciter regnantis XII. Actum Vranconowrth feliciter amen.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen; das Siegel ziemlich wohl erhalten.
Kreysig Beyträge I. S. 1 und noch fehlerhafter Köhler cod. dipl. Lus. I. Anh. S. 7.

a) Lupp a bei Oschatz. b) unbekannt (Daubnitz bei Lommatzsch?) c) Sömnitz (Par. Schrebitz) oder Schänitz (Par. Boritz)?
d) Meritz (Par. Leuben) oder Möhren (Par. St. Afra)? e) Kolzsch bei Colditz? f) Brockwitz bei Scharfenberg. Ueber cethla oben S. 16 Anm. a.

No. 20. 1015. 25. Oct.

B. Thietmar von Merseburg erlangt einige der bei Aufhebung seines Stifts im J. 981 von demselben abgekommenen Städte zurück. — Da die hierüber jedenfalls ausgefertigte Urkunde nicht aufzufinden gewesen, für die Geschichte des Meissn. Sprengels aber diese Nachricht von Wichtigkeit ist, mag Thietmar selbst darüber berichten.

Imperator quoscunque tunc colligere potuit ad succurrendum suo marchioni (Herimanno Misnensi) propere mittit et suburbium (Misnense) non longe post redintegrare praecepit. Ad huius operis supplementum et custodiam Gero archiepiscopus (Magdeburgensis) et Arnulfus praesul (Halberstadensis) VIII. Id. Octobr. cum comitibus ceterisque pluribus conveniebant. His omnibus ego longe inferior interfui. In quatuordecim diebus incepta